

MATERIA PHARMACEUTICA



Acetum. Essig.

Acetum crudum parari potest ex quovis liquore vinoso, fermentationi acetosae subjecto. Sit sincerum, gustu et odore gratum et tantae aciditatis, ut Unciae duae sufficient ad Kali carbonici Drachmam perfecte saturandam. Adulteratio aceti, acido sulphurico effecla, detegitur, si adjecla baryta muriatica progignit barytam sulphuricam, in acido nitrico diluto haud solubilem.

Adeps suilla. Schweineschmalz. *Sus Scrofa*^{*)}

Pinguedo abdominalis recens, odoris plane expers.

Aerugo. Viride aeris. Grünspan.

Cuprum aceticum, cupro carbonico mixtum, e viridi caerulescens. Praestat praeparatum in officinis Montepessulanis.

*) Nomina animalium et vegetabilium, auctoris nomini non consignata, in Systemate Linnaeano jam recepta sunt.

Aloë lucida. Glänzende Aloe.

Aloë spicata. Frutex succulentus utriusque Indiae et Africæ meridionalis.

Succus foliorum inspissatus, ex India orientali alatus, et quidem optima Aloës sic dictae Socotrinae species. Sit splendens, pellucida, coloris fusci, sub tritura crocei, saporis amaro - nauseosi et odoris submyrrhini.

Alumen crudum. Alau.

Sal tripes acidulum oëtaëdricum, compositum ex Alumina, Kali et Acido sulphurico. Album sit atque subpellucidum, et ferro non inquinatum. Paratur nobis ex minera Freienwaldensi.

Abra grisea. Grauer Ambra.

Concrementum ex nigro - cinereum, mari innatans, praesertim Africam et Asiam meridionalem alluenti. Ambra optima levis est; digitis fricata mox mollescit, et tamen acui candefactæ non adhaeret. Fluit leni calore instar olei; accensa spumescit et gratum edit odorem. In spiritu vini fere omnis solvitur.

Ammoniacum, vulgo Gummi ammoniacum.

Ammoniak-Gummi.

Planta adhuc ignota, forsitan umbellifera,

Gummi - resina tenax, digitis agitata mollescens, odore ingrato et sapore amaro nauseoso praedita. Prostat, vel *in granis* angulatis variae magnitudinis, intus albidis atque inter se plerumque conglutinatis, vel *in massis* rotundis; tum granula albida sub-

stantiae molliori fuseae immixta sunt. Advehitur ex Abissynia, Libya, Aegypto meridionali, et praesertim ex deserto Barca.

Ammonium muriatum. f. **Sal Ammoniacum.**
Salmiak.

Sal Ammoniacum crudum in Aegypto ex fuligine stercorum exustorum sublimatur; in variis autem Europae regionibus ex partibus constitutivis sibi invicem diversimode iunctis parari solet.

Amygdalae. *Mandeln.*

Amygdalus communis. *Arbor Europae meridionalis.*

Amygdalae amarae. *Bittere Mandeln.* Semina subamara, varietatis cuiusdam amygdali communis fructu minore.

Amygdalae dulces. *Süsse Mandeln.* Semina amygdali communis fructu majore, sapore grato et dulci praedita.

Amygdale ramicidae sapore et maculis flavis intus conspicuis innotescunt.

Amylum. *Kraftmehl.*

Triticum hybernum et *Triticum turgidum.* *Plantae biennis cultae.*

Pulvis subtilissimus seminum; post elutionem principii glutinosi et saccharini per aquam frigidam, subsidens.

Argentum. Silber.

Metallo album, ductile, via secca oxygenium respuens in acido nitrico solubile, oxydatum cum acido muriatico connubium indissolubile contrahens.

Arsenicum album. Weisser Arsenik.

Arsenicum oxydatum sublimando paratum massam refert scoriformem, compactam, albam, recens subpellucidam, tempore opacam. In igne fumi albi instar avolat, odorem alliaceum spargens.

Asa foetida. Stinkender Asand.

Ferula Asa foetida. Planta perennis Persiae.

Gummi-resina tenax, vel ex flavo fusca, vel ex fusco rosea. Immixta sunt nonnunquam granula subdiaphana. Sapor ex acri amaricantis est, odor autem maxime nauseosus, odori alliaceo affinis. Laetis instar ex radice transversim secta effluit in superficie sauciata.

Asphaltum s. Bitumen judaicum, Judenpech.

Schlackiges Erdpech.

Bitumen solidum ex fusco nigrum, friabile atque in fractura nitens. Optimum est, quod mari mortuo, mari rubro et aliis quibusdam Asiae meridionalis et Europae lacubus asphalticis innat. Vulgare in fodinis Galliae aliarumque Europae provinciarum occurrit.

Baccae Berberidis. Berberis-Beeren.

Berberis vulgaris. Frutex Germaniae.

Baccae oblongae, rubrae, peracidæ.

Juniperi. (7)

Baccae Lauri. Wacholder-Beren.

Juniperus communis. Arbor aut frutex Europae borealis,

Fructus baccati nigri, resinosi, odore graveolente et sapore subamaro praediti.

Baccae Lauri. Lorbeeren.

Laurus nobilis. Arbor Europae meridionalis.

Fructus recentes nigrantes, oleosi, aromatici.

Balsamum Copaivae. Copaiva Balsam.

Copaifera officinalis. Arbor Americae meridionalis, in Brasilia frequens.

Ex arbore stillans pellucidum est, flavescentia, odore aromatico et sapore amaricante non ingratu praeditum. Adulteratur praesertim terebinthina et oleum amygdalarum dulcium. Terebinthina, balsamo ferro candenti insperso, odore proprio sese prodit; oleum amygdalarum autem, balsamo in spiritu vini soluto, in fundo remanet.

Balsamum Indicum s. Peruvianum nigrum.

Schwarzer Peruischer Balsam.

Myroxylon perufiferum. Arbor Americae meridionalis, praesertim in regno Peruviano frequens.

Sapore praeditum est ex acri aromatico mixto et odore grato benzoino, quem etiam dispergit carbonibus aut ferro ignito injectum. Obtinetur coctione ramulorum in aqua. Bullienti aquae instillatum separatur in partem leviorum, quae aquae pelliculam superinducit, et in partem graviorem, quae

fundum vasculi petit. Solvitur in spiritu vini; con-
nubium cum oleis plane respuens. Acidum sulphuri-
cum, additis aliquot balsami peruviani nigri guttulis,
colore tingitur intense coccineo.

Balsamum Peruvianum album. *Weisser Peruani-
scher Balsam.* Ex arbore sponte destillans rarissimum
est.

**Baryta sulphurica nativa f. Spathum ponde-
rosum.** *Schwerspath.*

In medallifodinis Hercinia, Saxoniae aliisque ve-
nas implet. Eligantur frustula alba, lamellosa, hete-
rogenes minus inquinata. Baryta acido sulphurico
nupta in aqua plane indissolubilis est.

Benzoë f. Gummi Benzoëes f. Asa dulcis.
Penzoë.

Styrax Benzoë Dryanderi? *Arbor Indiae orientalis.*

Resina e ramis exsudans, subfusca, granulis albis
immixtis variegata, friabilis, nitens, saporis subacris
et odoris grati, praesertim si liquatur.

Bismuthum, vulgo Marcasita. *Wismuth.*

Metallum fragilissimum, ex albo subrubicundum,
lamellis compositum, leni igne admoto liquefcens, in-
tensiore autem actum in vase clauso volatile. Acido
nitrico nuptum per aquam sub forma oxydi albi
praecipitatur.

Bole-

Boletus igniarius. Feuerschwamm.

Boletus igniarius. Per totam Germaniam frequentissimus.

Fungus tenuissime porosus, superne cinereus, margine albescens, inferne albidus. Quercubus, Betulis et Fagis adhaeret.

Boletus Laricis s. Agaricum. Lärchenschwamm.

Boletus Laricis Jacquinii. In Austria et Sarmatia frequens; forsitan varietas Boleti igniarii?

Fungus suberosus tubulis subtilissimis instrutus, recens subaurantiacus. Siccatus, extus cinereus, intus albus, atque in tenues laminas facile scissilis est, et tunc *Agaricum praeparatum* nominatur.

Boletus Salicis. Weidenschwamm.

Boletus suaveolens. In Europa boreali frequens.

Fungus inaequaliter porosus, salicibus accrescens, et odorem aromaticum spargens, praesertim post pluviam.

Bolus armenia. Armenischer Bolus.

Argilla ex luteo rubra, ferro oxydato turgida. Quae in Germania, Gallia vicinisque regionibus effoditur, parum differt a genuina ex Armenia allata.

Borax. Borax.

Tincal, Asiae mediae sal nativum, e Natro et Acidio boracico constans, peracta depuratione et crystal-

lisatione, nomine Boracis insignitur. Albus sit, crystallinus et leni calore fusilis.

Cacao. Cacaobohnen.

Theobroma Cacao. Arbuscula in America meridionali frequenter culta.

Semina oleoso-farinacea, ex fusco nigricantia, seminibus Viciae Fabae similia.

Calcaria, vulgo Calx. Kalkerde.

Terra propria, acido carbonico juncta, quo amisso in aquae partibus quingentis solubilis fit. Cum Acido sulphurico gypsum constituit. Eligatur heterogeneis libera, qualem praebent Marmor album, Testae Ostrearum, etc.

Camphora. Kampher.

Laurus Champhora. Arbor Indiae orientalis, praesertim in Japonia frequens.

Champhora cruda constat massulis globulosis, flavis, subluteis et cinereis, quae destillatione ramulorum et foliorum cum aqua, a reliquis Lauri Camphorae partibus constitutivis separatae, statim sublimantur.

Camphora depurata, nova sublimatione Camphorae crudae parata, concrescit in massas magnas orbicularis, subtus concavas. Optima nivea est et glaciei instar subdiaphana. Super ignem liquata olei instar fluit et accensa deflagrat omnis. Odorem proprium fragantissimum spargit.

Canella alba. *Weisser Zimmet.*

Winterania Canella. *Arbor Indiae occidentalis, in Jamai-*
ca frequens.

Cortex aromaticus, in superficie externa passim
 vel ex albo flavescentia, vel virescens, vel ex fusco
 rubens, subtus autem albicans.

Cantharides. *Spanische Fliegen.*

Meloë vesicatorius f. *Lytta vesicatoria* Fabricii.

Insecta coleoptera oblonga, ex viridi splendentia,
 antennis nigris filiformibus, mense Junio et Julio,
 dum Fraxinum, Syringam et Ligustrum gregarie de-
 pascunt, colligenda et leniter siccanda.

Cardamomum minus. *Kleine Cardamomen.*

Amomum Cardamomum. *Planta perennis palustris In-*
diae orientalis.

Fructus triquetri, utrinque acuminati, longitudine
 semipolllicari, pericarpio fragili ex luteo subfuscō, et
 seminibus aromaticis nigricantibus, instructi.

Caricae f. *Ficus passae.* *Feigen.*

Ficus Carica. *Arbor Europae meridionalis et Orientis.*

Thalami incrassati succulentī, principio saccha-
 rino et mucilaginoso imbuti, semina includentes,

Cariophylli. Gewürznelken.

Cariophyllum aromaticus f. *Eugenia cariophyllata* Thunbergii. Arbor Indiae orientalis, insulis Moluccis frequens.

Colliguntur flores vix aperti, qui, claviculis formae similes, oleo aethereo turgent. Leniter siccati ex fusco nigricant, et non solum saporem acrem aromaticum, sed et odorem fragrantissimum fundunt.

Cassia cinnamomea. Zimmet-Cassia.

Laurus Cassia. Lauri Cinnamomi forsan varietas?

Cortex internus ramorum, odore et sapore aromatico ad Cinnamomum acutum quidem proxime accedens, sed colore intensiore, crassitie, et sapore acriore distinguendus.

Cassia Fistula. Rohr-Cassia.

Cassia Fistula. Arbor Arabiae et utriusque Indiae.

Frueltus siliquosi, nigricantes, cylindrici, subincurvati, fardti pulpa dulci nigerrima, quae semina involvit, dissepimentis transversis distinda. Praestant siliquae longiores ex India orientali allatae, quarum pulpa, magis dulcis, tardius corruptitur.

Castoreum. Bibergeil.

Castor Fiber.

Humor sebaceus, odoris nauseosi et saporis amaricantis, propriis in saccis, qui abdomini inter genitalia et anum adjacent, secretus. In saccis re-

centibus albus et spissus, in siccatis sumo, quales plerumque ocurrunt, fuscus.

Castoreum Sibiricum s. **Russicum**, cui etiam **Polonicum**, **Borussicum** et **Germanicum** annumeratur, in saccis majoribus, ovi gallinacei magnitudinem aequantibus, intertextum est membranulis tenuioribus. Omne **Castoreum**, ex aliis terrarum regionibus allatum, antecellit.

Castoreum Canadense, ex America septentrionali adveatum, continetur saccis minoribus magisque nigris, tunicae cellulosaes tenaciori interiacens.

Catechū, vulgo Terra Japonica. Catechu.

Mimosa Catechu. Arbor Bengalensis.

Extractum aquosum ligni *Mimosae Catechu*, ad siccitatem inspissatum. Color sit nigrescens, non nigerrimus, sapor adstringens.

Cera. Wachs.

Apis mellifica. Insectum hymenopterum.

Materia vegetabilis propriae indolis.

Cera flava. Gelbes Wachs. Cera cruda, ab apibus collecta, et a melle separata.

Cera alba. Weisses Wachs. Cera per apricationem, sub frequente aquae adspersione, albata.

Cerasa acida. *Saure Kirschen,*

Prunus Cerasus; varietas, quae vernacula schwarze saure
Kirsche audit. Arbor in hortis frequentissima.

Drupae nigrae, grata aciditate praeditae.

Cerasa nigra. *Schwarze Kirschen, Vogelkirschen,*

Prunus avium. Arbor Germaniae praesertim meridio-
nalis,

Cerussa alba. *Bleyweiss.*

Plumbum carbonicum, paratum dum plumbum
metallicum vapore aceti corroditur.

Cetaceum, vulgo Sperma Ceti. *Wallrath,*

Physeter Macrocephalus. *Oceani incola.*

Liquor unguinosus ventricorum cerebri, qui,
macerando lixivio kalino diluto, exprimendo et lavan-
do, ab adipi oleosa separatus, in massam induratur
albissimam, lamellosam, subpelludam, nitentem, et
in spiritu vini calido solubilem.

Coccionella. *Cochenille,*

Coccus Cacti. *Insectum hemipterum.*

Insecta parva, adveleta ex regno Mexicano, ubi
Cactum cochenilliferam inhabitant; siccata granula
referunt atro - purpurea, striis transversis rugosa et
quasi pruina albido aspersa. Pulvis ex contritis re-
fert colorem coccineum.

Colocynthis. *Coloquinthen.**Cucumis Colocynthis.* *Planta annua orientalis.*

Fru&ellus pallidus, amarissimus, magnitudine et figura pomo similis, pulpa secca repletus.

Colophonium. *Geigenharz.**Pinus sylvestris.* *Arbor Europae borealis frequentissima.*

Resina diaphana, quae super ignem liquata color rem ex succino aurantiacum nanciscitur.

Conchae. *Austerschalen.**Ostrea edulis.* *Maris Germanici incola.*

Testa, ac omni sorde depuratae.

Cornu cervi. *Hirschhorn.**Cervus Elaphus.***Cortex Augusturae.** *Augusturarinde.*

Brucea ferruginea? l'Heritier; aut *Magnoliae species?*
Frutex Americae meridionalis, in *Insula Trinidad*
frequens.

Cortex facie externa ex pallido albicans, facie interna autem ex luteo subfuscus, saporis aromati ci acris et praesertim intense amari, atque odoris ingratii.

Cortices Aurantiorum. *Pomeranzenschalen.*

Citrus Aurantium. *Arbor in Europa meridionali et in Oriente frequens.*

Cortex fructus maturi, amaritie non ingrata gaudens.

Cortices Aurantiorum Curassaviensium.*Curassao Pomeranzenschalen.**Citrus Aurantium, var. Curassaviensis. Arbor Indiae occidentalis et Americae meridionalis.*

Cortex fructus maturi, tenuitate et amaritie corticibus Aurantiorum Europaeorum praestans.

Cortex Caribaeus. Caraibische Rinde.*Cinchona Caribaea. Arbor Indiae occidentalis et praesertim Jamaicæ.*

Cortex subsuscus amaro-acris.

Cortex Cascarillæ. Cascarillrinde.*Croton Cascarilla. An potius Clutia Eluteria? Frutex calidarum Americae meridionalis regionum, in Peru et Paraguay frequens.*

Cortex extus cinereus, subtus ex fusco ferrugineus, fragilis et in fractura nitens; prunis injectus gratum spargens odorem.

Cortex Chinæ fuscus s. officinalis; Cortex Peruvianus, olim Cortex Kin-Kinae, Ge-wöhnliche Chinarinde.*Cinchona officinalis. Arbor Peruviana, nuper etiam in silvis provinciae, cui nomen Terra Firma est, detecta.*

Cortex ex amaro subromaticus et subadstringens. Appareat in superficiebus frustulorum corticis diffracti particulae ad solem splendentes.

Cor-

Cortex Chinæ flavus f. regius. *Gelbe Chin-*
rindē, Königs Chinarinde.

Cinchonae species nondum satis definita.

Cortex ex eadem regione allatus, crassior et ma-
gis lignosus, qui colore cinnamomeo et principio
amero subaromatico omnibus aliis Cinchonae cortici-
bus antecellit.

Cortex Chinæ ruber. *Rothe Chinarinde.*

Cinchonae species nondum satis definita.

Cortex ex fusco ruber, cuius frustula ponderosi-
ora plerumque etiam crassiora occurunt. Principio
resinoso et adstringente præ caeteris Cinchonae cor-
ticibus eminet.

Cortex Geoffreæ Surinamensis. *Surinamische*
Geoffreerinde.

Geoffrea inermis Swarzii. Arbor Americae meridionalis, in
nemoribus Surinamiae frequens.

Cortex crassus fibrosus, externe, ubi Lichenibus
cinereis tegitur, ex fusco nigricans, interne subfuscus,
odoris, si recens est, nauseoso ingrati.

Cortex Granatorum f. Malicorium. *Granat-*
apfelschale.

Punica Granatum. Arbor Europæ meridionalis, praeser-
tim in Hispania frequens.

Cortex fructus ex fusco rubens, principio adstrin-
gente commendatus.

Cortex Guajaci. Guajakrinde.*Guajacum officinale. Arbor Indiae occidentalis.*

Cortex tenuis, acris, ex lamellis cinereis aut fuseis compositus, superficie externa ex cinereo nigricante.

Cortex Hippocastani. Rosskastanienrinde.*Aesculus Hippocastanum. Arbor in Germania frequens.*

Cortex ramorum peramarus, adstringens, subluteus, epidermide superinductus ex rubro fusca.

Cortex Mezerei. Seidelbastrinde.

Daphne Mezereum et Daphne Laureola. Frutices in Gallia, Hispania et Germania meridionali, frequentes.

Cortex tenuis, striatus, peracris, subluteus, epidermide ex viridi fusca superinductus.

Cortex Quassiae. Quassiarinde.

Quassia excelsa. Arbor Americae meridionalis, in Jamaica et Guiana frequens.

Cortex tenuis, fragilis, peramarus, ex albo cinereus.

Cortex Quercus. Eichenrinde.

Quercus Robur. Arbor Germaniae indigena.

Cortex Salicis laureae. Lorbeerweidenrinde.

Salix pentandra. Arbor in Germania, praesertim meridionali, frequens.

Cortex tenuis, flexilis, extrorsum fuscus, principio adstringente, et amaritie non ingrata, praeditus.

Cortex Simarubae. Simarubarinde.

Quassia Simaruba. Arbor Americana, in Guiana frequentissima.

Cortex radicis fibrosus, ex albo lutescens, peramarus.

Cortex Ulmi interior. Ulmenrinde, Rüsterrinde.

Ulmus campestris. Arbor Germaniae.

Cortex internus subfuscus, subacris, ex lamellis tenuibus compositus.

Crocus. Saffran.

Crocus sativus, var. autumnalis, s. Crocus autumnalis Hoffmanni. Planta perennis, in Europa meridionali et in Oriente sponte nascens, nec non in Anglia, Gallia, Austria et aliis Germaniae meridionalis provinciis, culta.

Stigmata e floribus resecta et siccata, versus apicem latiora, principio luteo-tinctorio ditissima.

Cubebae. Cubeben.

Piper Cubeba, s. Piper caudatum Bergii. Frutex Indiae orientalis.

Fructus pedunculati, globosi, amaro-aromatici.

Cuprum. Kupfer.

Metallum du^ctile, colore rufum, quod Acido carbonico in oxydum viride mutatur.

Elemi, vulgo Gummi Elemi. Oehlbaumharz.

Amyris Elemifera. Arbor Americae meridionalis.

Resina lutea, subpellucida, digitis agitata tenax odorem Foenieuli quodammodo spirans. Ex truncu arboris vulnerato liquida destillans mox induatur.

Euphorbium. Euphorbium.

Euphorbia officinarum, et verisimiliter nonnullae aliae Euphorbiae species. *Frutices Africæ meridionalis.*

Gummii-resina flavesrens, saporis acerrimi urentis, quae pruniis injecta odorem spargit non ingratum. Frustula variae sunt magnitudinis, plerumque angulata, quia in ipsis spinis fruticis induruerunt.

Fel Tauri. Chsengalle.

Bos Taurus domesticus.

Ferrum. Eisen.

Metallum ex cinereo nigrescens, magneti obediens, quod, acidis solutum, principio adstringente adhibito, nigricans praecipitatur.

Flores Arnicae. *Wohlverleihblumen.*

Arnica montana. *Planta perennis Germaniae.*

Flores compositi lutei, ex acri amari, digitis confricati sternutationem moventes, squamulis calycinis brevioribus non setosis, apice purpureis.

Flores Chamomillae Romanae. *Römische Kamillen.*

Anthemis nobilis. *Planta perennis Europae meridionalis.*

Flores compositi radiati, receptaculo fere plano, flosculis disci flavis, aromaticis, flosculis autem radii numerosis, brevibus, insipidis.

Flores Chamomillae vulgaris. *Gemeine Kamillen.*

Matricaria Chamomilla. *Planta annua, in Germania frequens.*

Flores compositi radiati, receptaculo conico, flosculis disci flavis, amaris et fragrantibus, flosculis radii albis, reflexis, insipidis.

Flores Convallariae majalis, s. **Flores Liliorum convallium.** *Mayblumen.*

Convallaria majalis. *Planta perennis sylvatica Germaniae.*

Corollae campanulatae, albae, subaromaticae.

Flores Granati s. Ralaustia. *Granatblumen.*

Punica Granatum.

Flores, petalis coccineis et calycibus coriaceis rubris conspicui, principio adstringente praediti.¹³

Flores Lavendulae. *Lavendelblumen, Spieke.*

Lavandula Spica. *Fruticulus Galliae meridionalis.*

Corollae cylindricae caeruleae, odoris aromatici gratissimi.

Flores Malvae arboreae. *Pappelrosen.*

Alcea rosea. *Planta biennis, origine orientalis, in hortis Germaniae culta.*

Corollae mucilaginosae, atrofuscae.

Flores Malvae vulgaris. *Gemeine Pappelblumen.*

Malva rotundifolia. *Planta annua, in ruderatis frequen-*
tissima.

Malva silvestris. *Planta perennis Germaniae.*

Flores mucilaginei, corollis vel albis, vel caeruleis, vel rubicundis, venis aut rubris aut caeruleis pictis.

Flores Meliloti citrini. *Melilotenblumen.*

Trifolium Melilotus officinalis, var. *floribus citrinis.*
Planta biennis, per totam Germaniam frequens.

Rami florentes, floribus luteis, odorem proprium aromaticum spirantibus.

Flores Millefolii. *Schafgarbenblumen.*

Achillea Millefolium. *Planta perennis frequentissima, floribus albis et rubicundis varians.*

Flores compositi exigui, saporis amari subacris, et odoris subaromatici.

Flores Rhoeados. Klatschrosen.

Papaver Rhoeas. Planta annua, inter segetes frequen-
tissima.

Petala papaverina rubra, ob odorem subvaporoso-
sum ingrata.

Flores Rosarum incarnatarum. Rothe Ro-
sen.

Rosa centifolia. Frutex in bortis frequens.

Petala pallide rubentia, odoris grattissimi et sapo-
ris subadstringentis.

Flores Rosarum rubrarum. Essigrosen, Damas-
cener Rosen.

Rosa Gallica s. Damascena. Frutex Galliae meridionalis,
apud nos hortensis.

Petala ex fusco rubentia, sapore adstringente
praedita.

Flores Sambuci. Fliederblumen, Holunderblumen.

Sambucus nigra. Arbor per totam Germaniam frequen-
tissima.

Cymae florentes, floribus albis subvaporosis.

Flores Tanaceti. Rainfarnblumen.

Tanacetum vulgare. Planta Germaniae perennis, ad vias
et inter segetes frequens.

Flores compositi tubulosi, flavi, sapore amaro et
odore aromatico nauseoso praediti.

Flores Verbasci. *Wollkrautblumen.*

Verbascum Thapsus. *Planta biennis, in solo arenoso frequens.*

Corollae mucilaginosae luteae, odoris rosacei.

Flores Violarum. *Blaue Veilchen.*

Viola odorata. *Planta perennis Germaniae, in bordis frequenter culta.*

Flores intense caerulei, odore grati.

Folia Aurantii. *Pomeranzenblätter.*

Citrus Aurantium.

Folia ovata, appendice cordata, ad basin aucta, saporis amari.

Folia Ilicis Aquifolii. *Stechpalmenblätter.*

Ilex Aquifolium. *Frutex Germaniae sempervirens.*

Folia ovata, angulata, dentato-spinosa, coriacea, saturata viridia, saporis amaricantis-subacris.

Folia Lauro-Cerasi. *Kirschlorbeerblätter.*

Prunus Lauro-Cerasus. *Arbor Orientis et Europae meridionalis.*

Folia ovata, subintegra, nitida, coriacea, quae siccata fere insipida inveniuntur.

Folia Quercus. *Eichenblätter.*

Quercus Robur.

Folia

Folia Sennae. *Sennesblätter.*

Cassia Senna. *Frutex in Europa meridionali et in Oriente frequens.*

Folia ovato-acuta, inaequalia, longitudine semi-pollicari, saporis amaro-acris et plerisque nauseosi. Optima sunt folia Sennae Alexandrinae, quae colore gaudent ex flavo viridi.

Folia Uvae ursi. *Bärentraubenblätter.*

Arbutus Uva ursi. *Fruticulus Germaniae sempervirens.*

Folia obovata, saporis adstringentis; in superficie inferiori, a foliis Vaccinii Vitis Ideae subtus punctatis, reticulo facile distinguenda.

Formicae. *Ameisen.*

Formica rufa.

Insectum hymenopterum, Acido volatili proprio praeditum.

Fructus Mororum. *Schwarze Maulbeeren.*

Morus nigra. *Arbor originis sinicae, in Europa culta.*

Baccae compositae nigrescentes, succo acidulo grato turgidae.

Fructus Prunorum. *Pflaumen.*

Prunus domestica. *Arbor Germaniae, in pomariis frequens.*

Drupae oblongae nigrescentes, pruina caerulea aspersae, quae pulpam subdulcem largiuntur.

Fructus Ribium ruborum. Johannisbeeren.

Ribes rubrum. Frutex Germaniae, in hortis cultus.

Baccae globosae, rubrae, subdiaphanae, succo acido grato turgentes.

Fructus Rubi Idaei. Himbeeren.

Rubus Idaeus. Frutex Germaniae, in vinetis et hortis cultus;

Baccae compositae, subrotundae, rubentes, succo subacidulo gratae.

Gallae. Galläpfel.

Quercus Cerris. Frutex orientalis, praesertim in Syria frequens.

Tumores morbosi foliorum, a Cynipe foliorum Quercus, insecto hymenoptero, punctura produeli, globosi, tuberculati; principio adstringente uberrime repleti. Praeféruntur ex Aleppo allatae, quae colore ex nigro caerulescente innotescunt.

Glandes Quercus. Eicheln.

Quercus Robur.

Fruēlus maturi absque eupulis.

Galbanum s. Gummi Galbanum. Mutterhärz.

Bubon Galbanum. Planta perennis umbellifera, in Arabia, Syria, Mauritania et India orientali sponte crescens.

Gummi-resina, granis ex albo lutescentibus, sibi invicem vel agglutinatis, vel massae moliori luteae.

immixtis, composita. Sapore amaro acri, et odore gravi, plerisque ingrato, praedita est, atque tempore fusca redditur. Fluit ex trunko, prope radicem transversim seculo, mox indurescens.

Gummi Mimosae s. Gummi arabicum. Arabisches Gummi, Senegal-Gummi.

Mimosa nilotica et Mimosa Senegal. Arbores, quae in variis Africae mediae regionibus frequenter occurunt.

Gummi purissimum, ex cortice exsudans, albicans aut lutescens, subdiaphanum, et diffractum nitens.

Gummi Tragacanthae. Traganth.

Astragalus creticus Lamarck. Frutex in insulis Archipelagi et in Oriente sponte nascens.

Substantia gummeo-mucilaginosa, alba, vel sponte ex fructuoso exsudans, vel ex vulnerato cortice stilans, quae condensata frustula incurvata format.

Gutti s. Gummi Guttae. Gummigutt.

Stalagmitis Cambogiales Murrayi s. *Guttifera vera* Koenigii. Arbor Indiae orientalis.

Succus induratus gummeo resinosus, flavus, opacus, splendens, ex acri subdulcis. Exsudat vel ex ramis resecatis, vel ex cortice arboris vulnerato.

Helmintochorton. Wurmmoos.

Conferva Helmintochorton. In mare mediterraneo, ad litus Corsicae frequens.

Conferva subfusca, dichotoma, sapore subsalso nauseoso et odore ingrato praedita.

Herba Abrotani. Eberraute.

Artemisia Abrotanum. Planta perennis Europae meridionalis et Orientis, nobis hortensis.

Herba amaro-aromatica, foliis multipartitis, ex viridi albenscentibus.

Herba Absinthii. Wermuth.

Artemisia Absinthium. Planta perennis frequentissima.

Herba florens amaro-aromatica, floribus compositis exiguis, subglobosis, pendulis, foliolis lobatis, tomento albo obsitis.

Herba Aconiti. Eisenhütlein.

Aconitum Napellus et Aconitum Cammarum. Plantae perennes in Sudetibus, Hercynia et Austria frequentes, in hortis cultae.

Folia palmata, quinquepartita, lobis dissectis, sapore acri praedita.

Herba Althaeae. Eibischkraut. Altheekraut.

Althaea officinalis. Planta perennis Germaniae.

Folia triangularia, tomento, cinereo mollissimo, tecta, quae multam continent mucilaginem.

Herba Anagallidis. Gauchheil.

Anagallis arvensis, var. flore phoeniceo s. Angallis phoenicea Hoffmanni. Planta annua agrestis Germaniae.

Herba humilis ramosa, floribus rubris, foliis parvis ellipticis.

Herba Arnicae. *Fallkraut, Wohlverleih.*

Arnica montana.

Folia ovata, superficie utraque hirta, margine integrinno, saporis subacris subamari.

Herba Basilici. *Basilienkraut.*

Ocymum Basilicum. *Planta annua Persiae et Indiae orientalis; nobis hortensis.*

Herba ramosa, interdum purpurascens, foliis ovato-acutis, integris, glabris, punctatis, gratissimo odore gaudens.

Herba Belladonnae. *Tollkirschenblätter, Belladonnablätter.*

Atropa Belladonna. *Planta perennis Europae meridionalis, in hortis medicis culta.*

Folia magna, petiolata, ovato-acuta, intense viridia, odoris narcotici.

Herba Cardui benedicti. *Cardobenedictenkraut.*

Centaurea Benedicta. *Planta annua, in insulis Archipelagi frequens, quae in hortis medicis colitur.*

Herba florens peramara, floribus compositus tubulosis luteis; calyce, cum foliis adjacentibus, ope texturæ arachnoideæ, collaerente.

Herba Centaurii minoris. *Tausendgüldenkraut.*

Gentiana Centaurium s. Chironia Centaurium Curtis.
Planta annua Germaniae.

Herba florens, floribus rubentibus, foliis ovatis, ob amaritatem acrem celebris.

Herba Chenopodii ambrosiaci s. Botryos Mexicanae. Mexicanisches Traubenkraut.

Chenopodium ambrosioides. Planta annua Mexicana, nobis hortensis.

Herba florens odoris ambrosiaci, racemis foliatis simplicibus, foliis lanceolatis dentatis.

Herba Cicutae virosae. Wasserschierling, Wüterich.

Cicuta virosa. Planta perennis aquatica Germaniae.

Folia composita, foliolis oblongis, acutis, margine dentatis, dentationibus apice albidis, quae recenter collecta, odorem spirant gravem.

Herba Clematidis erectae s. Flammulae Jovis. Brennkraut.

Clematis erecta. Planta perennis Germaniae meridionalis.

Herba florens, peracris, corollis albis tetrapetalis aut pentapetalis, foliis pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis, integerrimis.

Herba Cochleariae. Löffelkraut.

Cochlearia officinalis. Planta annua, ad littora maritima Europae borealis frequens; apud nos in hortis culta.

Herba florens, principio acri volatili praedita; foliis radicalibus subrotundis, caulinis oblongis, sinuatis,

Herba Conii maculati s. Cicutae maculatae.
Erdschierling.

Conium maculatum. *Planta biennis in Germania frequens.*

*Herba odoris nauseoso-vaporosi, foliis compositis,
foliolis lanceolatis incisis glabris, caule et ramis ma-
joribus maculis purpureis aspersis.*

Herba Digitalis. Rother Fingerhut.

Digitalis purpurea. *Planta silvestris montana Helvetiae et
Germaniae, in hortis quoque culta.*

*Folia elliptica, rugosa, hirsuta, margine serrata,
saporis amari acris.*

Herba Farfarae. Huflattig.

Tussilago Farfara. *Planta perennis Germaniae.*

*Folia subcordato-angulata, denticulata, saporis
subadstringentis subamari.*

Herba Fumariae. Erdrauch.

Fumaria officinalis. *Planta annua, inter segetes frequens.*

*Herba peramara, foliis compositis, foliolis trilo-
batis.*

Herba Gratiolae. Gnadenkraut.

Gratiola officinalis. *Planta perennis pratensis et riparia
Germaniae.*

*Herba florens, amaro-acris, foliis lanceolatis
serratis, glabris, floribus ringentibus, subalbidis,
diandris.*

Herba Hederae terrestris. Gundermanu.*Glecoma hederacea. Planta perennis frequentissima.*

Folia reniformia, crenata, saporis subaromatici.

Herba Hyoscyami. Bilsenkraut.*Hyoscyamus niger. Planta annua, in ruderatis et ad vias frequens.*

Folia semiamplexicaulia, sinuata, hirsuta, odoris summe narcotici.

Herba Hyperici. Johanniskraut.*Hypericum perforatum. Planta perennis pratensis et silvestris Germaniae.*

Herba florens subacris, foliis ovato-obtusis, pellucido-punctatis, petalis luteis oblique truncatis, crenulatis, puncto atro inter crenam notatis.

Herba Hyssopi. Isop.*Hyssopus officinalis. Fruticulus Europae meridionalis, nobis hortensis.*

Herba aromatica, foliis lanceolatis glabris.

Herba Ledi palustris. Wilder Rosmarin, Porsch.*Ledum palustre. Fruticulus in cespitosis et uliginosis Germaniae frequens.*

Folia linear-lanceolata, superficie superiori glabra, saturate viridi, inferiori autem hirsuta, fusca, sapore amaro adstringente et odore gravi praedita.

Herba

Herba Lichenis Islandici. *Isländisches Moos.*

Lichen Islandicus. In Sudetibus, Hercynia, monte Brüctero, aliisque Germaniae montibus frequens.

Lichen amaricans, coriaceus, sinuatus, lacunosus, superficie superiori cinereus, inferiori autem fuscus, multa mucilagine repletus.

Herba Linariae. *Leinkraut.*

Antirrhinum Linaria. Planta perennis frequens.

Herba florens, foliis lanceolato-linearibus, floribus luteis, saporis subamari et odoris subvaporosi.

Herba Majoranae. *Majoran.*

Origanum Majorana. Planta annua Europae meridionalis, in hortis culta.

Herba aromatica, foliis ovatis obtusis, ex viridi albicantibus.

Herba Malvae. *Pappelkraut; Käsepappeln.*

Malva rotundifolia.

Folia cordato-orbiculata, subquinqueloba, mucilaginea.

Herba Mari veri. *Amberkraut.*

Teucrium Marum. Fruticulus Europae meridionalis et Orientis, praesertim in Hispania et Syria frequens.

Herba aromatica, fragrans, foliis ovatis petiolatis, superficie inferiore, una cum petiolis et ramulis, tomento albo superinductis, floribus racemosis purpureis.

Herba Marrubii. Weisser Andorn.

Marrubium vulgare. Planta perennis, in ruderatis frequens.

Herba amara, hirsuta, ex viridi albicans, foliis ovatis, crenatis, rugosis.

Herba Matricariae. Mutterkraut.

Matricaria Parthenium. Planta perennis Germaniae.

Rami florentes amaro-aromatici, floribus compositis radiatis, disco flavo, radio albo brevi, foliis compositis planis, foliolis ovatis incisis.

Herba Melissae s. Melissae citratae. Melisse, Citronenmelisse.

Melissa officinalis. Planta perennis Germaniae meridionalis, in hortis culta.

Herba aromatica odoris citrei, foliis ovato-cordatis, villosis.

Herba Menthae crispae: Krausemünze.

Mentha crispa. Planta perennis originis Sibiricae, in hortis culta.

Herba aromatica, foliis cordatis, dentatis, rugosis, undulatis.

Herba Menthae piperitae. Pfeffermünze.

Mentha piperita. Planta perennis Angliae, in hortis medicis culta.

Herba aromatico-camphorata, foliis petiolatis, ovato-acutis, serratis, glabris.

Herba Millefolii. Schafgarbe.

Achillea Millefolium.

Herba amaro-aromatica, foliis bipinnatis, lacinias linearibus dentatis.

Herba Nicotianae. Tabak.

*Nicotiana Tabacum. Planta annua Americae meridionalis;
apud nos culta.*

Folia oblongo lanceolata, magna, odoris subau-
seosi et saporis peramari, quae exsiccata fuscum in-
duunt colorem.

**Herba Origani vulgaris. Gemeiner Dost, Wohl-
gemuth.**

Origanum vulgare. Planta perennis Germaniae.

Herba aromatica, ramis quadrangulis rubentibus,
foliis oppositis ovatis, bracteis ovatis calyce longior-
ibus.

Herba Origani cretici. Spanischer Hopfen.

Origanum Creticum. Planta perennis Europae australis.

Spicae ex viridi subfuscæ, saporis acris, aromatica.

Herba Pulegii. Poley.

*Mentha Pulegium. Planta perennis Germaniae, in locis
humidis crescens.*

Herba florens aromatica, floribus verticillatis rubi-
cundis, foliis ovato-lanceolatis, serratis, hirsutis.

Herba Roris marini. Rosmarin.

Rosmarinus officinalis. Frutex Europæ meridionalis.

Herba florens aromatica, aeris, floribus ringenti-
bus, dilute caeruleis, foliis linear-lanceolatis, pa-
gina superiori intense viridibus.

Herba Ruteae. Raute, Gartenraute.

Ruta graveolens. Frutex hortensis, Europae meridionalis indigenus.

Herba amaro-acris, graveolens, ex viridi caeruleo-vires, foliis decompositis, foliolis subrotundis.

Herba Sabinae. Sadebaum.

Juniperus Sabina. Arbor orientalis sempervirens, nobis hortensis.

Summitates ramorum, foliis oppositis erectis, decurrentibus, saporis amaro-acris, et odoris gravissimi.

Herba Salviae. Salbey.

Salvia officinalis. Fruticulus hortensis, in Europa meridionali sponte crescens.

Herba amaro-aromatica et subadstringens, foliis lanceolato-subovatis, integris, rugosis, crenulatis.

Herba Saponariae. Seifenkraut.

Saponaria officinalis. Planta perennis Germaniae.

Herba submucilaginea, foliis ovato-lanceolatis, trinerviis.

Herba Scordii. Lachenknoblauch.

Teucrium Scordium. Planta perennis Germaniae.

Herba amara, odoris alliacei, foliis oblongis sessilibus, dentato-serratis.

Herba Serpylli. Quendel.*Thymus Serpyllum. Fruticulus Germaniae frequentissimus.*

Herba amaro-aromatica, caule repente, foliis planis, ovatis, obtusis, basi ciliatis, floribus capitatis purpurascensibus.

Herba Solani nigri. Nachtschatten.*Solanum nigrum. Planta annua, ubivis occurrens.*

Herba foliis ovatis, vel integris, vel dentato-angustatis, odoris nauseosi, subnarcotici.

Herba Tanaceti. Rainfarn.*Tanacetum vulgare.*

Herba amaro-aromatica, foliis bipinnatis, incisis, serratis.

Herba Taraxaci. Löwenzahn.*Leontodon Taraxacum. Planta perennis frequentissima.*

Herba americana, floribus compositis lingulatis, flavis, foliis runcinatis, denticulatis, laevibus.

Herba Thymi. Thymian.*Thymus vulgaris. Fruticulus hortensis, in Europa meridionalis sponte crescens.*

Herba aromatica, caule erecto ramoso, foliis ovatis, revolutis, floribus verticillato-spicatis, albis.

Herba Trifolii fibrini. *Fieberklee.*

Menyanthes trifoliata. *Planta perennis palustris Germaniae.*

Herba amara, foliis ovatis, ternis.

Herba Verbasci. *Wollkraut,*

Verbascum Thapsus.

Herba mucilaginea, foliis decurrentibus, utrinque tomento molli albo tegitis.

Herba Veronicae. *Ehrenpreis.*

Veronica officinalis. *Planta perennis Germaniae.*

Herba americana, caule procumbente, spicis lateribus pedunculatis, floribus caeruleis, foliis oppositis, ovatis, crenatis.

Herba Violae tricoloris s. Jaceae. *Dreifaltigkeitsblume, Fraissamkraut.*

Viola tricolor. *Planta annua frequens.*

Herba subacris, foliis ovatis dentatis, floribus calyce glabro duplo majoribus.

Hirudines vivae. *Blutegel.*

Hirudo medicinalis. *Vermis ex ordine Intestinorum.*

Hirudo in dorso fusca, lineis flavis sex notata, intermediis maculatis, subtus cinerea, maculis nigris.

Hydrargyrum s. Mercurius vivus. *Quecksilber.*

Metallum album, volatile, sub nostro coelo liquidum.

Ichthyocolla f. Collapiscium. *Hausenblase.*

Accipenser Sturio et A. stellatus.

Gluten ex vesica natatoria coctione extraclum, refrigerio in pelliculas condensatum et dein convolutum. Sit alba, tenax, et in aqua facile solubilis.

Kali carbonicum crudum f. Cineres clavellati. *Pottasche.*

Massa salina, ex cineribus lignorum per elixivationem et inspissationem parata, et dein leniter uasta. Plerumque Kali sulphurico, Kali muriatico et partibus terreis inquinatur.

Kali nitricum f. Nitrum crudum. *Salpeter.*

In Nitrariis nostris quidem dignitur, maxima autem copia ex India orientali affertur. Plerumque Kali muriatium, Calcaream et Magnesiam muriaticam continet.

Kino f. Gummi Kino f. Gummi Gambiense.
Kinoharz.

Arbor Africæ interioris, nondum satis cognita.

Massa friabilis, opaca, ex rubro nigricans, aqua solubilis, saporis peradstringentis.

Lacca in ramulis. *Stangenlack.*

Coccus Ficus. *Insectum hemipterum Indiae orientalis.*

Massa resinoso-ceracea, rubra, fragilis, exsudans super larvas Coccum Ficus, ex ramis Fici religiosae et Indicae. Afferri solet una cum ramulis, quibus adhaeret.

Lapides Cancrorum. Krebssteine.

Cancer Astacus. *Astacus fluviatilis* Fabricii. Insectum apertum.

Concrementa calcarea, texturae lamellosae, superficie, qua ventriculo cancri adhaerent, umbilicata.

Lignum Campechiense. Campecheholz.

Haematoxylon Campechianum. Arbor Americae calidioris.

Lignum durum, ponderosum, ex flavo rubrum, saporis adstringentis subduleis.

Lignum Guajaci & **Lignum sanctum.** Guajakholz.

Guajacum officinale.

Lignum durissimum, in aqua subsidens, subamarum, odoris grati.

Lignum Juniperi. Wachholderholz.

Juniperus communis.

Lignum albidum, resinorum, quod accensum, gratum spirat odorem.

Lignum Quassiae. Quassienholz, Bitterholz.

Quassia excelsa.

Lignum albicans, saporis summe amari.

Lignum Sassafras. Sassafrasholz, Fenchelholz.

Laurus Sassafras. Arbor Carolinae, Virginiae, aliarumque regionum versus Americanam meridionalem.

Radix arboris lignosa, levis, coloris rubicundi, saporis subdulcis, odoris foeniculacei, cortice ferrugineo vestita.

Lithar.

Lithargyrum. *Bleyglätte.*

Plumbum oxydatum semifuſum, quod in capella-
tione argenti forma squamularum, e rubello flavican-
tium, obtinetur.

Lycopodium. *Bärlappengpulver, Streupulver.*

Lycopodium clavatum. *Muscus in silvis Germaniae fre-
quens.*

Pulvis subtilissimus flavescentia, aquam respuens,
flammarie injeclus fulgurans.

Macis. *Muskatenblumen.*

Myristica moschata. *Arbor aromatica insulae Bandae, ce-
lebris inter Moluccas.*

Reticulum, Nucem moschatam involvens, pingue,
aromaticum, fragrans, coloris e cinnamomeo fusi.

Magnesia sulphurica f. *Sal amarum, Bit-
tersalz.*

Sal amarum, Anglicum sic diſum, quod ex ultimo
salis marini lixivio paratur, puritate cedit illi, quod
ex aqua medicata Saidschützensi obtinetur.

Malthum hordei. *Malz.*

Hordeum vulgare et Hordeum hexastichon. *Gramina
annua culta.*

Semina hordei, post primam germinationem sic-
cata.

Magnesium oxydatum nativum. Braunstein.

Metallum, magna cum Oxygenii quantitate unitum, inquinans, ex cinereo nigrescens, in vase clauso ignitum Gas oxygenium largiens. Rejiciendum illud, quod Ferrum carbonicum, aliaque heterogenea admixta habet.

Manna. Manna.

Fraxinus Ornius var. rotundifolia. Arbor in Calabria et Sicilia frequens.

Succus saccharinus viscidus, tam sponte, quam ex arbore vulnerata stillans, solis calore in massam grumosam, levem, ex albo lutescentem, saporis dulcis subacris, odoris melligeni, exsiccatus.

Mastiche. Mastix.

Pistacia Lentiscus. Arbor insularum Archipelagi.

Resina granulosa, pellicida, splendens, coloris ex albido citrini, sub masticatione tenax, quae, prunis injecta, gratum spirat odorem.

Mel. Honig.

Apis mellifica.

Massa saccharina, spissa, subpellucida, ex neclaris florum ab apibus collecta, et in earum corpore quodammodo alterata.

Mel album aut virginem. Weisser Honig, Jungfruhonig. Mel, sponte ex favis juniorum apium effluens.

Mel commune. Gemeiner Honig. Mel calore et pressione ex cellulis ceraceis apium elicatum.

Meloes majales. Maywürmer.

Meloe majalis et Meloe Proscarabaeus. Insecta coleoptera. Habitant in pratis apricis et vervacis arenosis, ubi primo vere, plerumque solitarie repentes, inviuntur;

Meloe majalis, elytris dignoscitur ex nigro virescentibus, et segmentis dorsalibus rubris.

Meloe Proscarabaeus, corpus habet violaceum, interdum nigrum.

Succum spissiusculum, flavescentem, acrem continent, quem, leniter tacti, facile fundunt.

Millepedae. Kellerwürmer.

Oniscus Asellus. Insectum apterum, in locis humidis subterraneis frequens.

Insecta oblonga, longitudine dimidii pollicis, cincta annulis cartilagineis, sibi invicem incumbentibus et inter se articulatis; dorso cinerei, ab domine albi coloris; quatuordecim pedibus gaudent, atque humore acri repletae sunt.

Minium. Mennig.

Plumbum ustione in oxydum rubrum conversum. Purum est, si carboni inpositum, ope tubi ferruminatorii prorsus in globulum metallicum redigitur.

Moschus. Bisam.

Moschus moschiferus. Animal ex ordine Pecorum, Asiae mediae montes inhabitans.

Massa unguinosa fragrantissima, secreta in vesicis glandulosis, oblongis, inter anum et genitalia abdomini adjacentibus, quae, una cum vesicis exsiccata, granula refert nigrieantia, in textu celluloso deposita.

Mochus Tunquinensis, qui optimus est, ex imperio Chinensi affertur. Vesicis ejus, omni ex parte Moscho turgidis, quae ovum columbinum magnitudine aequant, cutis superinducitur, pilis radiatis, ex albo subfuscis, obsita.

Myrrha. Myrrhen.

Arbor Aethiopiae, nondum cognita.

Gummi-resina, extus fulva, intus ex flavo rubens, taclu pinguis, friabilis, subpollucida, levis, saliva maxima ex parte solubilis, saporis amaro-aromatici, et odoris aromatici non ingratii.

Natrum carbonicum s. Soda. Sode.

Soda Hispanica concrementum refert cinereum, ex combustis plantis maritimis ortum. Natrum carbonicum elixando inde obtineri solet.

Soda Hungarica aurem, quae nativa est, in non nullis regni Hungariae lacubus sponte exsiccatis, copiose efflorescens, depuratione Natrum carbonicum largitur.

Natrum muriaticum s. Sal culinare. Küchensalz.

Paratur in officinis salinariis nostris per evaporationem Muriae.

Nuces Been s. Rehen. Beenmölle.

Guilandina Moringa s. *Hyperanthera Moringa*. Vahl.
lvi. *Arbor in Oriente et India orientali frequens.*

Semina oleosa, triquetra, cinerea, magnitudine se-
minibus nucis avellanae fere similia.

Nuces Juglandes immaturae. Unreife Wallnüsse.

Juglans regia. *Arbor apud nos culta.*

Nuces moschatae. Muskatennüsse.

Myristica moschata.

Nuclei oleosi, subrotundi, ponderosi, extus cine-
rei, intus vero ex fusco rubentes, odoris fragran-
tissimi.

Nuces vomicae. Krähenaugen.

Strychnos Nux vomica. *Arbor Zeylanica et Malaba-
rica.*

Nuclei subrotundi, compressi, tenaces, villis ex
cinereo argenteis splendentibus obsiti, saporis sum-
me amari.

Oleum Cajeput. Cajeputöhl.

Melaleuca Leucadendron. *Arbor Indiae orientalis, in Ma-
labaria et insula Banda frequens.*

Oleum aethereum fragrans, flavescent, pelluci-
dum, ex foliis destillatum; plerumque colore viridi
conspicuum.

Oleum de Cedro. Cedroöhl.

Citri Medicae varietas.

Oleum aethericum fragrans, subflavescens, ex sacerulis oleosis corticis fructus maturi, encheirisi pure mechanica, collectum.

Oleum Olivarum. Olivenöhl, Baumöhl.

Clea Europaea. Arbor Europae meridionalis.

Oleum unguinosum subviride, ex fructibus fere maturis expressum, odoris, dum recens est, plane expers.

Oleum Ricini. Ricinusöhl.

Ricinus communis var. seminibus minoribus. Planta annua Indiae occidentalis.

Oleum unguinosum subflavum, e seminibus expressum.

Glibanum s. Thus. Weihrauch.

Juniperus Lycia? et Juniperus thurifera? Arbores orientales.

Resina subdiaphana, ex albido lutescens, quae, leniter tosta, odorem spargit fragrantem.

Opium. Mohnsaft.

Papaver somniferum. In Oriente et praesertim in Persia cultum.

Succus laeteus, ex pericarpiis maturis vulneratis effluens, et dein in massam nigricantem gummeoresinosam, odoris summe narcotici, induratus.

Opopanax. Panaxgummi.

Pastinaca Opopanax. Planta biennis Europae meridionalis et Orientis.

Gummi-resina subfuscata granulata, tactu subpinguis, fragilis, saporis amari subnauseosi, odore aromatico, ad odorem radicis Levistici accedens.

Ova gallinacea. Hünereyer.

Phasianus Gallus domesticus.

Oxalium f. Sal Acetosellae. Sauerkleesalz.

Oxalis Acetosella et Rumex Acetosa. Plantae perennes Germaniae.

Sal nativum, ex succo crystallisatum; constans ex Acido proprio vegetabili, ex parte Kali juncto.

Petroleum f. Oleum Petrae. Steinöhl.

Bitumen liquidum, oleum aethereum referens, flavum aut rubescens, plerumque ex saxorum fissuris stillans; in oleis solubile, nequaquam vero in spiritu vini. Ex Italia et Gallia advehitur.

Piper album. Weisser Pfeffer.

Piper nigrum. Frutex Indiae orientalis.

Nuclei fructus maturi acres, cortice aciore ante detrito.

Plumbum. Bley.

Metallum ex albo caeruleo, ductile, molle, vis sicca Oxygenium facile attrahens, et, Acido acetico nuptum, sapore subdulci praeditum.

Poma Aurantiorum immatura. *Uurreife Pome-
ranzen.*

Citrus Aurantium.

Fruclus immaturi virides.

Poma Citri. *Citronen.*

Citrus Medica.

Poma acidula. *Säuerliche Aepfel.*

Pyrus Malus. Arbor Europae, in hortis culta.

Radix Althaeæ. *Eibischwurz, Altheewurzel.*

Althæ officinalis.

Radix perennis, alba, crassirie calami scriptorii,
multa mucilagine repleta.

Radix Angelicae. *Angelikwurzel.*

*Angelica Archangelica. Planta biennis Norwegiae et Lap-
poniae, in hortis culta.*

Radix fragrans, fibrosa, capite oblongo crasso, ex-
tus ex flavo rubens, in superficiebus segmentorum
transversorum alba, maculis numerosis flavis, oleo
aethereo repletis, punctata.

Radix Ari. *Aronswurzel.*

Arum maculatum Planta perennis Germaniae.

Radix tuberosa subrotunda, alba, crassitie partis
tertiae pollicis. Recens sapore acerrimo praedita est,
siccata autem, acredine fere orbata, farinosa fit.

Radix

Radix Aristolochiae rotundae. *Runde Osterluceywurzel.*

Aristolochia rotunda. *Planta perennis Europae meridionalis.*

Radix tuberosa, subglobosa, ponderosa, crassitie pollicis, saporis amaro acris.

Radix Armoraciae s. Raphani-rusticani. *Meerrettig.*

Cochlearia Armoracia. *Planta perennis palustris Europae australioris, apud nos culta.*

Radix cylindrica, albida, succulenta, principio volatile peracri turgida.

Radix Arnicae. *Wohlverleihwurzel.*

Arnica montana.

Radix subamara, subacris, intense fusca.

Radix Asari. *Haselwurz.*

Asarum Europaeum. *Planta perennis Germaniae.*

Radix fibrosa, ex cinereo fusca, saporis amaro acris nauseosi, et odoris subaromatici.

Radix Bardanae. *Klettenwurzel.*

Arctium Lappa. *Planta biennis, ubique obvia.*

Radix ramosa, levis, spongiosa, extus nigricans, intus alba, saporis ex acri subdulcis.

Radix Belladonnae. *Belladonnawurzel.*

Atropa Belladonna.

Radix sublignosa, ramosa, geniculata, ex cinereo
flavescens.

Radix Bryoniae. *Cichorienwurzel, Zaunrüben-
wurzel.*

Bryonia alba s. *Bryonia dioica* Jacquinii. *Planta peren-
nis Germaniae.*

Radix fusiformis, praegrandis, alba, quae, in ta-
leolas transversas dissecia, annulis sibi invicem in-
cumbentibus, et radiis, conspicua est. Sapore gau-
det amaro-acri.

Radix Calami. *Kalmuswurzel.*

Acorus Calamus. *Planta perennis palustris Germaniae.*

Radix amaro-aromatica, geniculata, spongiosa,
crassitie pollicari, extus rubens, intus alba.

Radix Caricis arenariae s. **Graminis rubri.**
Grosse Graswurzel.

Carex arenaria. *Gramen perenne, in arenosis Germaniae
frequens.*

Radix repens, articulata, extus rubens, intus alba,
odoris terebinthinei.

Radix Carlinae s. **Cardopatiae.** *Eberwurz.*

Carlina acaulis. *Planta perennis alpestris Germaniae et
Helvetiae, in Sudetibus montibus frequens.*

Radix ramosa, crassitie pollicis, extus fusca, intus
pallida, saporis peramari, acris, et odoris subaro-
matici, nauseosi.

Radix Caryophyllatae. Nelkenwurz.

Geum urbanum. Planta perennis frequens.

Radix fibrosa, fusca, intus rubens, quae recesso
odorem Caryophylorum aromaticorum quodammodo
spirat.

Radix Chinæ s. Chinæ ponderosæ. Chinawurzel.

*Smilax China. Frutex Indiae orientalis, in imperio Chi-
nensi frequens.*

Radix lignosa, subfuscæ, nodosa, magna, submu-
cilaginea, subdulcis.

Radix Cichorei. Cichorienwurzel.

*Cichoreum Intybus. Planta biennis Germaniae, frequen-
ter culta.*

Radix ramosa, subflava, crassitie pollicis, laclès-
cens, saporis amaricantis.

Radix Columbo. Columbowurzel.

*Planta nondum satis cognita, forte Bryoniae, in Africa prope
Mozambique crescens.*

Radix lignosa, lutea, extus subfuscæ, intus ex vi-
ridi lutea, in taleolas transversim secla, saporis ama-
ro-aromatici. Affertur ex insula Ceilon.

Radix Contrajervae. Giftwurzel.

Dorstenia Houstoni. Planta perennis Peruviana.

Radix fibrosa, capitulo oblongo tenui, extus rufa,
intus alba, saporis aromatici subadstringentis, et odo-
ris aromatici.

Radix Curcumae. Gelbwurzel.

*Amomum Curcuma Jaquini. Planta perennis Indiae orientalis.*Radix oblonga, rugosa, ponderosa, extus lutea,
intus intense flava, saporis amaro aromatici.

Radix Dauci. Möhre, Mohrrübe.

*Daucus Carota, var. sativa. Planta biennis Germaniae,
in hortis culta.*Radix fusiformis, vel flava, vel ex flavo rubens,
succo dulci repleta.Radix Dictamni albi f. Fraxinellae. Weisse
Diptanwurzel.*Dictamnus albus. Planta perennis in montosis Germaniae,
praesertim meridionalis.*Cortex radicis albicans, sapore amaricante subacri,
et odore, si recens est, gravi praeditus.

Radix Filicis. Farnkrautwurzel.

*Polyodium Filix mas. In silvis Germaniae frequens.*Radix squamosa, magna, extus subfuscā; intus
pallida, sapore gaudens ex dulci subadstringente et
dein subamaricante, atque odore, si recens est, sub-
nauseoso.

Radix Foeniculi. Fenchelwurzel.

*Anethum Foeniculum. Planta perennis Galliae meridiona-
lis et Helvetiae, in hortis culta.*Radicis ramosae rami biennes, albi, crassitiae digitī,
sapore subdulci et odore grato praediti.

Radix Galangae. *Galgautwurzel.*

Maranta Galanga. s. *Alpinia Galanga* Swartzii. *Planta perennis Indiae orientalis.*

Radix nodosa, dura, crassitie digitii, extus ex fusco rubra, intus rubicunda; saporis acris et odoris aromatici.

Radix Gentianae rubrae. *Rother Enzian.*

Gentiana lutea. *Planta perennis alpina.*

Radix crassitie pollicis et quod excurrit, extus ex rubro fusca, intus aurantiaca, saporis intense amari.

Radix Graminis s. Graminis albi. *Quecken, Päden.*

Triticum repens. *Gramen perenne, agros obsidens.*

Radix tenuis, repens, articulata, alba, suco dulci repleta.

Radix Helenii s. Enulae. *Alantwurzel.*

Inula Helenium. *Planta perennis montana Germaniae et Helvetiac.*

Radix carnosa, mucilaginea, crassitie pollicis, extus fusca, intus alba, saporis ex acri amaricantis, subnauseosi, odoris subaromatici.

Radix Hellebori nigri. *Schwarze Niesewurz,*

Christwurz.

Helleborus niger. *Planta perennis alpina.*

Radix fibrosa, capite subrotundo, fibrillis crassioribus extus nigris, intus albis, saporis acris, subamari et nauseosi.

Radix Jalappae. *Jalappewurzel.*

Convolvulus Jalappa? *Planta perennis Americae calidioris.*

Radices ponderosae, compaetae, rugosae, magnae, plerumque subrotundae, vel integrae, vel in taleolas dissectae, compositae ex lamellis concentricis, resinosis, fuscis, textu celluloso subfuscis distinctis. Gaudent sapore et odore acri et nauseoso.

Radix Ipecacuanhae. *Brechwurzel.*

Psychotria emetica. *Planta perennis, in regno Mexicano praesertim frequens.*

Radix flexuosa, tenuis, annulis eminentibus inaequalibus numerosis conspicua. Constat ex epidermide cinerea, ex cortice albiente, fragili, amaro-acri et nauseoso, atque ex parte interiori lignea, subflavescente, insipida.

Radix Iridis Florentinae. *Violenwurzel.*

Iris Florentina. *Planta perennis Italiae, in hortis culta.*

Radix tuberosa, nodosa, ponderosa, compaeta, crassitie pollicis, post resectum corticem alba, punctis subfuscis notata. Odore ad flores Violae odoratae accedente, et sapore amaricante subacri, praedita est.

Radix Lapathi acuti. *Grindwurzel.*

Rumex acutus. *Planta perennis Germaniae, ad fossas frequens.*

Radix ramosa, superne erassitie pollicari, extus fusca, intus flavescens, saporis amaro-acris et subadstringentis.

Radix Levistici. Liebstökelwurzel.

Ligusticum Levisticum. Planta perennis alpina, in hortis medicis culta.

Radix praelonga, carnosa, extus Intescens, intus alba, saporis atque odoris acris aromatici.

Radix Liquiritiae. Süßholz.

Glycyrrhiza glabra. Planta perennis Europae meridionalis.

Glycyrrhiza echinata. Planta perennis Russiae meridionalis.

Radix praelonga, cylindrica, lignea, crassitie pollicis, extus ex cinereo fusca, intus lutescens, saporis dulcis, dein amaricantis.

Radix Paeoniae. Päonienwurzel.

Paeonia officinalis. Planta perennis alpina.

Radix tuberosa, tuberibus rubrotundis, crassitie pollicis, extus ex rubro fuscis, intus albidis, sapore ex subamaro et subdulci mixto.

Radix Pimpinellae albae. Weisse Pimpinell-wurz.

Pimpinella Saxifraga. Planta perennis Germaniae.

Radix fibrosa, capite oblongo, crassitie digitii, extus subfuscata, intus albida, saporis acris, pungentis.

Radix Polygalae amarae. *Bittere Kreuzblumenwurzel.*

Polygala amara. *Planta perennis montana Germaniae et Galliae meridionalis.*

Radix fibrosa, fibrillis tenuibus subluteis, intus albidis, saporis subamaro-subdulcis.

Radix Polypodii. *Engelsüß.*

Polypodium vulgare. *Filix in silvis Germaniae frequens.*

Radix dentato-articulata, tenax, extus fusca, intus lutescens, saporis dulcis, subadstringentis.

Radix Pyrethri. *Bertramwurzel.*

Anthemis Pyrethrum. *Planta perennis Asiae et Africæ, ad oras Maris mediterranei sponte crescens; nunc in Germania culta.*

Radix cylindrica, rugosa, gracilis, extus subfusca, intus albida, fibrillis rarioribus obsita, saporis per aeris urentis, odoris plane expers.

Radix Rhei. *Rhabarber.*

Species Rhei, nondum certo cognita. *Planta perennis Chinensis.*

Segmenta magna radicis, ex occidentalibus imperii Chinensis regionibus allata. Extus, reseclo cortice, ex luteo aut croceo rubent, intus autem iisdem coloribus, et interdum etiam colore albido variegata, inventiuntur. Salivam flavedine tingunt; sapore et odore specifico, plerisque nauseam moyente, gaudent.

Radix

Radix Rubiae. Färberröthe.

Rubia tinctorum. Planta perennis Europae mediae, frequenter culta.

Radix repens, geniculata, ex fusco rubra, saporis adstringentis, subamari.

Radix Salep. Salepwurzel.

Orchides variae, imprimis Orchis Morio et Orchis mascula. Plantae perennes pratenses.

Radices oblongae, tuberosae, subdiaphanae, ponderosae, ex subfusco cinereae, e toto mucilagineae. Praestant ex China, Syria et Persia allatae.

Radix Saponariae. Seifenkrautwurzel.

Saponaria officinalis.

Radix fibrosa, extus rubens, intus flavescens saporis subdulcis, dein amaricantis, subacris.

Radix Sarsaparillae. Sarsaparilwurzel.

Smilax Sarsaparilla. Planta perennis Americana, in Mexicana et Brasiliensi regionibus frequens.

Radix repens, flexuosa, fragilis, farinacea, crassitie calami scriptorii, subrugosa, extus fusca, intus alba, saporis submucilaginei.

Radix Scillae. Meerzwiebelwurzel.

Scilla maritima. Planta perennis, in oris Maris mediterranei frequens.

Bulbus praegrandis, ponderosus, epidermide ex fusco rubente tunicatus. Squamae albidae recentes succo mucilagineo peracri turgent; leni calore exsiccate saepe per amaro praeditae sunt.

Radix Scorzonerae. *Scorzonewurzel.*

Scorzonera Hispanica et Scorzonera humilis.

Plantae perennes Europae meridionalis.

Radix fusiformis, subdulcis, intus alba, epidermis
de fusca.

Radix Senegae. *Senegawurzel.*

Polygala Senega. *Planta perennis Virginiae et Pensylvaniae.*

Radix superne nodosa, inferne in ramos incurvatos desinens, extus ex cinereo lutescens, intus alba, sapore aeri pungente praedita.

Radix Serpentariae Virginianae. *Virginische Schlangenwurzel.*

Aristolochia Serpentaria. *Planta perennis Virginiae.*

Radix fibrosa, ex viridi lutescens, fibris tenuissimis, inter se tricatis, odoris fragrantis camphorati.

Radix Taraxaci. *Löwenzahnwurzel.*

Leontodon Taraxacum.

Radix fibrosa, extus fusca, intus alba, saporis ex dulci amaricantis.

Radix Tormentillae. *Tomentillwurzel.*

Tomentilla erecta. *Planta perennis Germaniae.*

Radix nodosa, fibrillis numerosis obsessa, extus ex rubro fusca, intus dilute rosea, saporis peradstringentis.

Radix Valerianae minoris. *Baldriamwurzel.*

Valeriana officinalis. *Planta perennis Germaniae, in montosis colligenda.*

Radix fibrosa, capitulo oblongo, quodammodo truncato, fibris subfuscis, tenuibus, hirtis, tenacibus, saporis amaro-acris et odoris gravis, subnauseosi.

Radix Zedoariae. *Zedoarwurzel.*

Kaempferia rotunda f. *Amomum Zedoaria* Bergii.
Planta perennis Indiae orientalis.

Radix aromatica, tuberosa, ponderosa, extus cinea-
rea, intus subfuscata, in segmenta vel rotunda vel
longa dissecta; saporis acris amaricantis, odoris fra-
grantis subcamphorati.

Radix Zingiberis albi. *Weisser Ingber.*

Amomum Zingiber. *Planta perennis Indiae orientalis.*

Radix tuberosa, articulata, compressa, rugosa,
ponderosa, extus ex albo cinerea, intus alba, saporis
peracris, odoris aromatici.

Resina Guajaci nativa. *Guajakharz.*

Guajacum officinale.

Resina ex fuseo virescens, subdiaphana, friabilis,
saporis acris, quae prunis injecta odorem spargit haud
ingratum.

Resina Pini f. communis. *Gemeines Harz.*

Pinus silvestris et Pinus Abies.

Resina aurantiaca, ex arbore exsudans et dein in-
durata.

Saccharum album. *Weisser Zucker.*

Saccharum officinarum. *Gramen perenne palustre utrius-
que Indiae.*

Principium proprium dulce, a mucilagine aliisque
heterogeneis depuratione separatum et in formam Sa-
lis concreti redactum.

Saccharum Lactis. *Milchzucker.**Bos Taurus.*

Sal essentiale Seri Laetis, aegre solubile, praesertim in Helvetia paratum.

Saccharum Saturni. *Bleyzucker.*

Plumbum aceticum impurum, maxima ex parte in officinis Batavicis paratum.

Sagapenum. *Sagapengummi.*

Planta umbellata orientalis, nondum cognita; forsitan Ferulae species.

Gummi-resina tenax, fusca, granulis albis mitentibus subpellucidis mixta, saporis amaro-acris, quodammodo alliacci.

Sandaraca. *Wachholderharz.*

Juniperus communis et Juniperus Oxycedrus. Arbor in oris Africæ mediterraneis frequens.

Granula resinosa, subrotunda, elongata, vel citrina vel albida, splendentia, pellucida, prunis injecta odor rem suavem spirantes.

Sanguis Draconis. *Drachenblut.*

Calamus Rotang. Frutex Indiae orientalis; et Pterocarpus Draco? Arbor Indiae orientalis.

Massa resinosa, rubra, ex fructibus exsudans, iisque superinducta indurescens, quae dein calore emolita in globulos formatur.

Sapo Hispanicus albus. *Spanische Seife.*

Fit, coquendo Oleum Olivarium cum Lixivio Natri caustici. Usui externo solummodo inservit; cum ab opifibus non satis purus garari soleat.

Scammonium Halepense. *Scammonium von Aleppo.*

Convolvulus Scammonia. *Planta perennis orientalis, prae-*
sertim in Syria frequens.

Succus resinosus, concretus, cinereus, levis, sub-
spongiosus, friabilis, acris, in fractura nitens, et
aquam colore subviridi tingens.

Fertur, Scammonium ex superficie sectionis obli-
quae radieis liquidum effluere, dein vero radius solis
expositum sensim indurare.

Semen Amomi. *Englisch Gewürz.*

Myrtus Pimenta. *Arbor Americana, in Mexico et Jamai-*
ca frequens.

Baccae immaturae globosae, post exsiccationem
fuscae, pericarpiis rugosis cinctae.

Semen Anisi stellati. *Sternanisss.*

Ilicium anisatum. *Frutex Japonicus.*

Pericarpia stellata, coriacea, fusca, seminibus ova-
tis nitidis repleta, odoris aromatici.

Semen Anisi vulgaris. *Anisss.*

Pimpinella Anisum. *Planta annua orientalis, in Europa*
culta.

Semina oblonga, striata, subviridula, ex subdulci
aromatica.

Semen Canabis. *Hansamen.*

Canabis sativa. *Planta annua Europae borealis.*

Semina rotunda, glabra, oleoso-mucilaginea.

Semen Carvi. Kümmelsamen.*Carum Carvi. Planta perennis pratensis Germaniae.*

Semina aromatica, parva, oblonga, striata, ex fusco subincana, odoris fragrantis.

Semen Cinae s. Santonici. Zitwersamen, Wurmsamen.*Artemisia Santonici et Artemisia Judaica. Fruticuli orientales. in Persia, Syria et Palaestina frequentes.*

Semina exigua, oblonga; ex flavo viridula, saporis amaro-acris et odoris nauseosi.

Semen Coriandri. Koriandersamen.*Coriandrum sativum. Planta annua Europae meridionalis, in hortis frequenter culta.*

Semina globosa, sublutea, odoris subaromatici non ingrati.

Semen Cumini. Römischer Kümmel.*Cuminum Cyminum. Planta annua orientalis, in Europa culta.*

Semina aromatica, oblonga, striata, seminibus Carvi quidem similia, sed duplo longiora.

Semen Cydoniorum. Quittenkörner.*Pyrus Cydonia. Arbor Cretensis, in hortis culta.*

Semina oblongo-acuta, nitida, fusca, multa mucilage cincta.

Semen Erucae. Weisser Senf.*Sinapis alba et Brassica Eruca. Plantae annuae agrestes Germaniae.*

Semina parva, globosa, lutescentia, acria.

Semen Foeniculi. *Fenchelsamen.*
Anethum Foenicum.

Semina subaromatica, oblonga, striata, pallida,
 odoris grati et saporis subdulcis.

Semen Foeni Graeci. *Bockshornsamen.*

Trigonella Foenum Graecum. *Planta annua Europae me-*
ridionalis, in hortis medicis culta.

Semina subquadrangularia, lutea, mucilaginea, sub-
 aromaticæ, odoris nauseosi.

Semen Hordei excorticatum. *Gerstengraupe.*
Hordeum vulgare et Hordeum hexastichon.

Semen Lini. *Leinsamen.*

Linum usitatissimum. *Planta annua sativa Europæ bo-*
realis.

Semina ovata, compressa, glaberrima, nitentia,
 fusca, oleoso-mucilaginea.

Semen Melonum. *Melonenkörner.*

Cucumis Melo. *Planta annua Tartarica, in hortis culta.*

Semina oblongo-elliptica, compressa, glabra, vel
 lutescentia vel albida, oleo dulci repleta.

Semen Papaveris albi. *Weisser Mohnsamen.*

Papaver somniferum, var. seminibus albis.

Semina globosa, minima, alba, saporis oleosi-dulcis.

Semen Petroselini *Petersiliensamen.*

Apium Petroselinum. *Planta biennis Sardiniae nobis hor-*
tensis.

Semina viridia, oblonga, striata, parva, odoris et
 saporis ex acri aromatici.

**Semen Phellandrii s. Foeniculi aquatichi. Was-
serfenchelsamen.**

Phellandrium aquaticum. *Planta perennis palustris Germaniae.*

Semina oblonga, striata, subfuscata, graveolentis, seminibus Foeniculi forma similia.

Semen Psyllii. Flöhsamen.

Plantago Psyllium. *Planta annua agrestis, et*

Plantago Cynops. *Fruticulus Europae meridionalis.*

Semina exigua, oblonga, ex nigro-fusca, nitentia, multa mucilagine repleta.

Semen Sabadilli. Sabadilsamen.

Veratrum Sabadilla Retzii? *Planta perennis Mexicana.*

Semina oblongo acuta, nigra, urentia, pericarpio membranaceo fusco tecta.

Semen Sinapeos. Schwarzer Senfsamen.

Sinapis nigra. *Planta annua sativa Germaniae.*

Semina exigua, globosa, nigricantia, peracria.

Sevum ovillum s. vervecinum. Hammeltalg.

Ovis Aries.

Pinguendo ex capsulis adipalibus renun et omentis eliquata.

Siliqua dulcis. Johannisbrot.

Ceratonia Siliqua. *Arbor in Oriente et Europa meridionali frequens.*

Siliqua coriacea, compressa, spadicea, longitudine quatuor vel quinque pollicum, pulpa dulci, seminibus interjacente, repleta.

Sili-

Siliqua hirsuta. *Fuckende Fasel, Kuhkrätze.*

Dolichos pruriens. *Planta scandens utriusque Indiae.*

Siliqua longitudine duorum vel trium pollicum, crassitie digiti extus setis rigidis, ex rubro fuscis, undique obsita.

Spongia marina. *Badeschwamm.*

Spongia officinalis. *Zoophyton Maris mediterranei et Maris rubri.*

Spongia sublutescens, foraminibus exiguis pervia.

Stannum. *Zinn.*

Metallum album, molle, duile, cum Acido nitrico Oxydum album vade refractarium constituens.

Stibium sulphuratum nigrum s. Antimonium crudum. *Roher Spiessglanz.*

Minera Stibii sulphurati, per eliquationem in vasis clausis a matrice purgata, et cristallis acicularibus, nitentibus, conspicua.

Stipites Dulcamarae. *Bittersüsstengel, Alpranken.*

Solanum Dulcamara. *Frutex scandens, in silvicis paludosis Germaniae frequens.*

Rami biennes vel triennes, cortice tecli ex cinereo subfuscō, et sapore ex dulci amaro praediti.

Strobuli Lupuli. *Hopfen.*

Humulus Lupulus. *Planta dioicae perennis Germaniae foemina.*

Amenta foeminea matura, saporis amari non ingrati.

Styrax in granis. *Storax in Körnern.*

Styrax officinalis. *Arbor in Archipelagi insulis et in Oriente frequens.*

Resina ex cortice arboris vulneratae effluens, indu-
rata in granula vel lutea vel fusca, quae prunis in-
jecta balsamicum spargunt odorem.

Styrax liquidus. *Flüssiger Storax.*

Liquidambar Styraciflora. *Arbor regionum calidarum Americae septentrionalis.*

Balsamum nativum spissum, ex rubro nigrescens.

Succinum. *Bernstein.*

Bitumen solidum, pellucidum, fragile, citrinum aut flavum, Acidum concretum via sicca largiens. Col-
ligitur in oris Maris Baltici, praesertim ubi Curlan-
diam, Borussiam et vicina Pomeraniae littora alluit.

Succus Citri. *Citronensaft.*

Citrus Medica.

Succus acidus, ex parte carnea fructus penitus ma-
turi expressus.

Succus Liquiritiae. *Lakrizensaft.*

Glycyrrhiza glabra et G. echinata.

Extraētum, ex radicibus recentibus coētione in aqua
paratum et ad siccum fere condensatum. Ex Hispa-
nia et Sicilia, in massis foliis Lauri obvolutis, ad nos
venit. Rejiciatur cupro inquinatum.

Sulphur. *Schwefel.*

Corpus solidum; friabile, colore eitrino, quod, com-
burendo Oxygenio nuptum, Acidum sistit sulphuri-
cum. Occurrit vel nativum, vel ex mineris Ferri sul-
phurati via sicca separatur.

Tacamahaca vera. *Wahrer Takamahak.*

Fagara očandra. *Arbor Americae calidioris, praesertim in Curacao frequens. Crescit etiam in insula Madagascar.*

Resina aromatica, vel lutescens, vel ex luteo viridescens, ex cortice arboris vulneratae exsudans, et in pericarpiis cucurbitinis collecta.

Tamarindi f. Fructus Tamarindorum. *Tamarinden.*

Tamarindus Indica. *Arbor Arabiae et Indiae orientalis.*

Pulpa nigra, seminibus siliquarum interiacens, saporis acidi grati.

Tartarus. *Weinstein.*

Sal nativum, in succo baccarum Vitis viniferae, aliarumque plantarum, obvium; constans Acido proprio, ex parte Kali nupto.

Tartarus crudus instar crustae crystallinae parietibus doliorum, in quibus vinum asservatur, adhaeret. In officinis Galliae depuratus sub nomine *Crytallorum Tartari* in usum venit.

Terebinthina communis. *Gemeiner Terperthin.*

Pinus silvestris.

Balsamum nativum, ex cinereo lutescens, subpelucidum, ex trunco arboris tercebrato effluens.

Terebinthina laricina f. Veneta. *Venedischer Terpenthin.*

Pinus Larix. *Arbor Europae meridionalis.*

Balsamum nativum, lutescens, pellucidum, vel sponte ex trunco exsudans, vel ex foraminibus operatae facies effluens.

Turiones Pini. Fichtenknospen.

Pinus silvestris.

Gemmae foliaceae, vix exclusae.

Vinum. Wein.

Vitis vinifera. Frutex in vineis cultus.

Succus baccarum Vitis viniferae, post fermentatio-
nem vinosam rite peractam, satis diu in dolii asser-
vatus.

In usum pharmaceuticum praecipue veniunt. *Vinum Gallicum album*, *Vinum Rhenanum*, et *Vinum Malacense*.

Viscum album. Weisse Mistel.

Viscum album. Fruticulus parasiticus *Quercus*, *Fagi*, *Pini*,
aliorumque arborum.

Ramuli juniores, una cum foliis ovatis coriaceis,
magna glutinis quantitate repleti.

Zincum. Zink.

Metallum ex albido caerulescens, tenax, malleo
parum obediens. Ignitum, sub aëris accessu flam-
mam concipiens, abit in Oxydum album, partim sub
floeculorum levissimorum forma avolans.

Zincum Chinense plerumque puritate antecet-
lit illi, quod in officinis metallurgieis Goslariensibus
producitur.